



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Castellani Magni Franciæ Eleemosynarii Vita**

**Galland, Pierre**

**Parisiis, 1674**

Gallandii Fragmentvm De Castellano.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14617**

GALLANDII FRAGMENTVM  
DE CASTELLANO.

**F**Erant ceteri animis æquis, nec se propterea contemni putent, si ex infinito doctorum hominum acervo quos sibi doctrinæ nomine familiares esse voluit, quibuscum cotidianos sermones contulit, quorūque recitationibus & interpretationibus frequens interfuit, unum P. Castellanum Matisconen. Pontificem, quem propter admirabilem rerum omnium atque artium cognitionem, vitæ innocentiam, integritatem & continentiam singularem, amore & familiaritate tanto tempore ceteris omnibus antetulit, nominatim appellamus. Ignoscant, inquam, si in hoc genere laudis ejus unius nomen usurpamus, à quo ut in vita toties præclara bene vivendi documenta acceperat, ita in morte ab uno eodem viam ex hac vita ad cœlum feliciter emigrandi doceri, & demum in sinum ejus extremum spiritum effundere voluerit. *Et infrà, de Henrico secundo Rege loquens:* Ne quid obitu patris literæ detrimenti capiant, ut non minùs quam jus & imperium florent, patris exemplum sequutus, eas rursus Matisconensium antistiti quasi in clientelam tra-

.T. 2. v. III

didit, utque ille earum custos, Professorum censor, & tanquam Apollo quidam Musarum choro præsideret, impetravit.



ILLVST.